



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Pivs Papa IIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

eorum librorum lectio neceat, quibus ob eam causam concessa fuerit, ut alijs prodesse possent, illis ip-
 sis hæresibus, & erroribus propter humanæ mentis imbecillitatem eos implicans, à quibus se alios re-
 nocaturos esse confisi fuerant. Huic rei prouideat, & animatum periculo, quantum fieri potest pro pa-
 storali sollicitudine occurrere cupientes, cogitantesq; nobiscum, nupet in sacro generali Concilio hæ-
 reses horum temporum ita confutatas, atque damnatas fuisse, ut tanta Synodi auctoritas cuius decre-
 ta huius sanctæ Sedis auctoritate eum deliberatione matura confirmata, & comprobata sunt, ad vitan-
 dos errores & catholica fidei veritatem agnoscendam sufficere omnibus debeat, nec vilius præterea
 confutatio requirenda sit: prædecessorum nostrorum, præsertim Fel. rec. ubi III. & Pauli III., vesti-
 gijs insistentes, Motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac deliberatione matura, omnes, & singulas
 facultates habendi, & legendi libros Lutheranos, aut aliorum hæreticorum, seu de heresi suspectos,
 omnibus tam clericis secularibus, aut regularibus, quam laicis cuiuscunq; status, gradus, ordinis, vel
 conditionis sint, etiam si episcopali, archiepiscopali, aut alia maiori ecclesiastica, seu seculari dignitate
 præfulgeant (Inquisitoribus & commissarijs hæreticæ prauitatis à sede Apostolica deputatis, quoad
 eo, officio fungentur, exceptis) a nobis aut quocunq; prædecessorum nostrorum, seu Apostolicæ se-
 dis legatis maioriuè Penitentiario, vel quibuscunq; alijs, quibuscunq; verborum formis, & clausulis,
 etiam derogatorijs derogatorijs, irritantibusq; & alijs decretis quomodolibet etiam motu, & scien-
 tia simili ad hoc tempus concessas, auctoritate Apostolica tenore præsentium reuocamus, & pro reuo-
 catis, & irritis, perinde ac si nunquam concessæ fuissent, habemus, & haberi volumus, inhibentes om-
 nibus sub censuris, sententijs, & penis tam à sacris canonibus, quam à sede Apostolica ad hoc tempus
 constitutis in eos, qui huiusmodi libros legant, aut habeant, ne quis eorum posthac eis facultatibus uti,
 neuè vlllos omnino libros huiusmodi improbatos, & prohibitos, aut quos in posterum à sede Apos-
 tolica, Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, aut locorum ordinarijs improbari, prohiberiq; contigent,
 legere, habere, & quacunque de causa audeat. Impressores autè & bibliopolas, & alios, quicunq; eius-
 modi libros habent, habuerintuè (Inquisitoribus, & commissarijs ipsdem duntaxat exceptis) mone-
 mus, & cuiilibet eorum in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pena incurfus criminis hæresis, & alijs cõ-
 tra hæreticos à iure influctis, & irrogatis tam ecclesiasticis, quam temporalibus sententijs, censuris, &
 penis præcipimus, ac mandamus, ut eos libros intra sexaginta dies à die, quo hæc litteræ publicatæ fue-
 rint, numerandos, quorum viginti pro primo, reliquos viginti pro tertio, ac
 peremptorio termino, & monitione canonica eis assignamus, Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in ci-
 uitatibus, in quibus ij libri sint, tradant, atq; consignent. Non obstantibus constitutionibus, & ordi-
 nationibus Apostolicis contrarijs quibuscunq;. Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem
 sit sede indultum, quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas nõ
 facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Ut vero hæc
 litteræ, & quæ in eis continentur, ad omnium quorum oportet notitiam pertineant: nec quisquam ea
 exexcutione uti possit: quod illa ignorauerit, volumus, & mandamus, ut in Basilica Vaticana princi-
 pis Apostolorum, & in ecclesia Lateranensi tunc, eum in eis populis, & Missarum solenni bus inter-
 sit, congregari solet, palam clara voce à curiæ nostræ Curseribus, seu Notarijs aliquibus publicis reci-
 tentur, & postquam recitata fuerint, ad Valvas earum ecclesiarum, itemq; Cancellariæ Apostolicæ, &
 in loco solito Campi Floræ assignantur, ibiq; quo legi, & omnibus innotescere possint, aliquamdiu re-
 linquantur: Transumptis quoq; earum quæ manu alicuius publici Notarij scripta, subscripta, & si-
 gillo, ac subscriptione alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munita fuerint, ut sine du-
 bitatione vlla fides habeatur, mandamus, atque decernimus. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub
 annulo piscatoris, die 24. Martij. M. D. LXIII. Pontificatus nostri anno quinto.
 Ant. Florebellus Lauellinus.

Anno à Natiuitate Domini M. D. LXIII. Indictione vij. die vero. vij. mensis Aprilis, Pont. S. in
 Christo patris, & D. N. D. Pij, diuina prouidentia Papæ quarti, Anno quinto. Retroscriptæ litteræ, le-
 ctæ, & recitata fuerunt alta & intelligibili voce, ac affixæ & dimisse fuerunt in locis retroscriptis, di-
 missis etiam ibidem copijs affixis, & alias in omnibus & per omnia, iuxta illarum formam, & tenorem
 per nos Thomam Roger, & Jacobum Carra præfati S. D. N. Papæ Cursores.
 Bartholomæus Sottocasa Magister Curforum.

PIVS PAPA IIII.

Approbatio Indicis librorum prohibitorum, cum regulis confectis per Pa-
 tres à Tridentina Synodo dilectos.

Nemo legat libros in Indice comprehensos, Index cum præfixis regulis custodiat: qui libros pro-
 hibitos ob hæresim aut hæresis suspicionem legerit, ipso iure manet excommunicatus: & ob id eum
 tanquam in suspectum de hæresi procedi potest: qui libros alia de causa damnatos legerit, mortaliter
 peccat, & arbitrio episcoporum grauiter est puniendus.

Pius

Pius Papa Quartus, ad perpetuam rei memoriam.

A



OMINICI gregis custodię Domino disponente propositi, vigilis more pastoris non desistimus ipsi gregi ab imminenti periculis, quanta maxima possumus cura, & diligentia præcauere, ne propter negligentiam nostram pereant oves, quę pretiosissimo Domini nostri Iesu Christi sanguine sunt redemptę. Et si autem quę ad fidei veritatem patefaciendam, & ad horum temporum hæreses confutandas pertinebant, in cœcumenico, & generali Concilio Tridentino, sancti Spiritus assistente gratia, nuper adeo enucleata, ac definita fuerunt, vt facile iam sit vnique sanam Catholicamque doctrinam à falsa, adulterinaque internoscere: tamen cum librorum ab hæreticis editorum lectio non modo simpliciores homines corrumpere soleat, verum sæpe etiam doctos eruditosque in varios errores, & à veritate fidei catholicę alienas opiniones inducere: huic quoque rei esse duximus prouidendum. Cum autem aptissimum ei malo remedium esse sciremus, si componeretur atque ederetur iudex, siue catalogus librorum, qui vel hæretici sint, vel de hæretica prauitate suspecti, vel certe moribus & pietatis noceant: id negotium ad sacram Tridentinam Synodum reieceramus. Ea vero ex tanta episcoporum, & aliorum doctissimorum virorum copia delegit ad eum consiciendum Indicem multos cum doctrina, tum iudicio insignes prælatos ex omnibus fere nationibus. Qui quidem non sine maximo labore, plurimisque vigilis, cum indicem tandem, Deo iuuante, perfecerunt, adhibitis etiam in consilium lectissimis quibusdam Theologis. Peracto autem Concilio, cum ex ipsius Synodi decreto is Index nobis oblatuisset: vt ne ante ederetur, quam à nobis approbatus fuisset: Nos doctissimis quibusdam, præbatsimisque prælatis eum accuratissime legendum, examinandumque tradidimus, & ipsi etiam legimus. Cum igitur eum magno studio, acri iudicio, diuturna cura confectum, & præterea commodissime digestum esse cognouerimus: Nos saluti animarum consulere, eamque ob causam prouidere cupientes, ne libri & scripta cuiuscunque generis, quę in eo improbantur, siue vt hæretica, siue vt de hæretica prauitate suspecta, siue vt pietati, ac morum honestati inutilia, aut aliqua correctione saltem indigentia, posthac à Christi fidelibus legantur, ipsum Indicem, vnà cum regulis ei propositis auctoritate

Edita anno Domini 1564.

Ex indice librorum prohibitorum & bullario Romę impresso.

B

C

D

E

Apostolica, tenore præsentium, approbamus, imprimique ac diuulgari, & ab omnibus vniuersitatibus Catholicis, ac quibuscunque; alijs vbique suscipi, easque regulas obseruari mandamus, atque decernimus: inhiuentes omnibus, & singulis tam ecclesiasticis personis secularibus, & regularibus, cuiuscunque gradus, ordinis, & dignitatis sint, quam laicis quocunque hooore, ac dignitate præditis, ne quis contra earum regularum præscriptum, aut ipsius prohibitionem Indicis libros ullos legere habereue audeat. Si quis autem aduersus eas regulas, prohibitionemque fecerit; is quidem, qui hæreticorum libros, vel cuiusuis auctoris scripta propter hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem damnata, atque prohibita legerit, habueritue, ipso iure in excommunicationis pœnam incidat; eamque ob causam in eum tamquam de hæresi suspectum inquiri, & procedi liceat, præter alias pœnas super hoc ab Apostolica sede, sacrisque Canonibus constitutas. Qui autem libros alia de causa prohibitos legerit, habueritue, præter peccati mortalis reatum, episcoporum arbitrio seuerè se nouerit puniendum: Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contrarijs quibuscunque: aut si aliquibus communitè, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, ne excommunicari possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Vt hæc autem ad omnium notitiam perueniant, neue quis excusatione ignorationis uti possit, volumus, & mandamus, vt he litterę per aliquos Curie nostrę Cursores in basilica Vaticana principis Apostolorum, & in Ecclesia Lateranensi tunc, cum in eis populus, vt Missarum solennibus intersit, congregari solet, palam, & clara voce recitentur; & postquam recitatae fuerint, ad Valuas earum ecclesiarum, itemque Cancellarię Apostolicę, & in loco solito Campi Florę affigantur ibique vt legi, & omnibus innotescere possint, aliquantisper relinquuntur. Cum autem inde amouebuntur: earum exempla in iisdem locis affixa remaneant. Nos enim per recitationem hanc, publicationem & affixionem, omnes, & singulos qui his litteris comprehenduntur, post tres menses à die publicationis & affixionis earum numerandos, volumus perinde astrictos, & obligatos esse, ac si ipsismet ille editę, lectęque fuissent. Transumptis quoque; eam, quę manu alicuius publici notarij scripta, subscriptauē, & sigillo, ac subscriptione alicuius personę in dignitate ecclesiastica constitutę, munita fuerint, fidem sine vlla dubitatione haberi mandamus, atque decernimus. Datum Romę apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die vigesima quarta Martij, Milleesimo quingentesimo sexagesimo quarto, Pontificatus nostri anno quinto.

Ant. Florebellus Lauellius.

PIVS PAPA V.

Sanctissimi D. N. Pij Papę V. Declaratio, & constitutio, quod sententię in reorum Inquisitorum fauorem per quoscunque iudices contra iurisdictionis dispositionem, vel stylum officij Sanctissimę Inquisitionis late, & ferenda, nunquam transferint, nec in futurum in rem iudicatam transire possint.

I 2 MOTV